Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8132
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

De Confectione vini pectoralis et eius utilitate Capitulum nonum

Hoc presupposito quod tale vinum fiat per
decoctionem musti ad tertie partis consumptionem
quum ex sua respiritet pectus singulariter
Medicine vero que hic sunt conficiende addi
ceteris plus utiles sunt enula campana, yreos,
valeriana, zedoara, marrubium, prassium,
pollitricum, capillus veneris, gariofili, cy-
minum, anisi, cinnamomum. De aliis taceo
quia valde communes, que iam dictis minus efficaces
Conficiendum tale vinum Recipe radicis enule
campane, yreos, cuiuslibet quartam unam, sed
et de valeriana, zedoarie cuiusque uncias
duas, anisi, cymini. Addantur buglosse a
medulla purgate cuiusque uncias tres.
buglossa tamen potest per manipulos sex addi.
Incisis mediocriter radicibus fiat decoctio
in dicto musto. Et in medio decoctionis addamus
nepete manipulos duos. Origani manipulum
unum. Et iam in fine, vix ad tres ebulliciones
imponantur pollitricum et capillum veneris
pollitricon
cuiusvis manipulos quatuor. Ita decoctis
in musto ad tertie partis consumptionem. Cum musti
quantitas duarum urnarum fuit, remanente
sextariorum urna una et media. Deponatur